Roberti Guibę Britãni Epi Trecorenſis ad Innocentiũ octa
uum pont. Maximũ: legati Illuſtriſſimi ac inuictiſſimi Fran/
ciſci Ducis Britãnię oratio in obedientia pręſtanda.

C Ogitanti mihi ſępenumero huius loci amplitudinẽ ſa/
cram auguſtiſſimãq; maieſtatem tuam Beatiſſime pon
tifex ab his qui ſanctitati tuę congratulatũ accederent: niſi in/
epti exiſtimari velint: elaborata omnia atq; perfecta huc ĩ me/
dium afferenda eſſe videri ſolet. Nihil enim hoc frequẽtiſſimo
conuentu: nihil tot Reuerendiſſimorum Cardinalium corona
tuaq; pręſentia excellentius aut amplius fieri excogitariue po/
teſt. Cõmouebar itaq; cum Reuerendiſſimoꝝ Cardinaliũ hoc
ordine celeberrimo ⁊ beatitudinis tuę conſpectu: qui humana
ſpecie amplior magnam de ſe cuiuis admirationẽ atq; ſtuporẽ
concitare poſſet. tum ingenij mei paruitate: quę niſi parem re/
bus orationem inueniret: ineptus exiſtimari: ⁊ ignorantię cri/
men vix effugere poſſe videbar. Sed Illuſtriſſimi ducis ĩ apo/
ſtolicam ſedem ſũma fides: perpetuũ ſtudium: maxima obſer/
uantia cõtra me cõſolatur. Cui ut ſatiſfacerem pro pietate meę
exiſtimationis periculũ ſubire malui: q̃ impius ⁊ ingratus ab
eo iudicari. Qui libentius Sanctitati tuę congratulatũ miſit:
ꝙ te dulciſſimę pacis amatorem: cultorem: cõſeruatoremq; fore
vſq; ad nos in extrema orbis parte cõſtitutos cõtinens omniũ
rumor ⁊ fama percrebuit. Adeo ꝙ te pontificem Maximũ diui
nitus creatum eſſe ⁊ cęlitus fere dimiſſum: quo tãto incendio
⁊ tempeſtati: quibus omnia cõflagratura ⁊ abſumptũ iri vide
bantur occurrens: ⁊ bella iam cepta ⁊ de facili emerſura tuo cõ
ſilio: prudentia atq; integritate tua opprimerentˀ ⁊ ſedarentur.
Tibiq; non tam curę fore imperium tuũ augere: q̃ totum chri/
ſtianum populũ bello iam diu afflictum in perpetua ⁊ exopta/
ta pace continere: omnes vno ore affirmãt. Qua laude quę po/
teſt eſſe cumulatior? Quę ſolidior gloria? Taceo prudentiam:
quam ſemꝑ in omnibus rebus quę a te ſunt adminiſtratę: ſin/

Inc
1570

gularem declaraſti· Mitto magnitudinē animi tui ꝛ fortitudi
nem ſine qua magna geri ꝛ adminiſtrari non poſſunt. Quę cū
de fortitudine dicam: eadem de modeſtia ꝛ cōtinentia tua ſen/
tio: quę te ꝙ̄ cōmendatiſſimū reddunt· Eam pręterea grauita/
tem in omnib⁹ rebus cuſtodis: ut ab ea dignitate perſonę quā
geris minime abhorrere videatur· Quid munificentiā aut libe
ralitatem peculiarē ac propriā familię tuę: quę antiquitate ge/
neris ampliſſima: in Januenſi vrbe vetuſtiſſima Jtalię: ex qua
ꝙ̄plurimi pontifices maximi emanarūt: iam multos ānos flo/
ruit laudem· Quis enim te magis in dādo amplaqꝫ familia re
tinenda pro facultate rerum liberalis vnꝙ̄ extitit· Nulli vnꝙ̄
qui egeret clauſa fuit domus tua· Quis enim in exigēdo bene/
ficio: ſi qn̄ vſus venerit magis verecundus? Quid facilitatem?
Quid incredibilem humanitatem: quam in ſūmos: mediocres
ꝛ infimos ſemꝑ exhibuiſti: ꝛ nunc in tam alto dignitatis ſolio
cōſtitutus: etiam indies exhibes: hoc loco cōmemorem? Nemo
profecto hac virtute te excellit· ꝙ̄ faciles ad te aditus· ꝙ̄ beni/
gnus ꝛ liberalis ſermo· quanta lenitas uel in appellādo: uel in
reſpondendo· quanta ꝛ excipiendo ꝛ dimittēdo comitas· Quę
ut difficiliora in ſuprema aliqua poteſtate videntur: eo maiorē
laudem tantis principibus afferre non dubiū eſt· Taceo dexte
ritatem tuam in agendo: conſiliū in expediēdo: celeritatem in
conficiendo: facilitatē in opera danda: ut nequaꝙ̄ mirum ſit:
ſi omnes te ſūmis ꝛ ampliſſimis laudibus proſequant̄: colant:
ꝛ venerentur· Attingendā non puto ſummā religionem tuam·
Quis enim inter pontifices reperiri poſſet: qui venuſtius: qui
aptius: qui religioſius ac modeſtius ꝓ populo ſacrificet? Sed
ad extollendam ſūmis laudibus iuſticiam Sanctitatis tuę cū/
ctarum virtutum reginā: quę pontificatum tuum ꝙ̄maxime il
luſtrat: ꝛ eum apud omnes gentes ꝛ populos clarū decorumqꝫ
reddit: iam mea feſtinat oratio· Huius virtutis tanta vis ē be/
atiſſime pontifex: ut non ſolum cōſeneſcentes ciuitates ac iam
deficiētes reuiuiſcere: ſed deletę ꝛ euerſę reſtitui ac recreari cō/

ſueuerint. Nulla enim ciuitas: nullum imperiũ ſine ea diu con/
ſiſtere aut durare poteſt. Hoc animaduertẽs Sanctitas tua to/
to animo ⁊ pectore bene ⁊ ſapienter hanc virtutẽ amplexa eſt.
Tantã enim pro tuendis oppreſſis defendenda equitate ꝑ tu/
to itinere viatoribus reddẽdo: pro adminiſtrãdo ęquabile ius
omnibus integre: iuſte: incorrupteqꝫ: omni auaricię labe peni/
tus excluſa: curam: ſtudiũ: diligentiam: adhibuiſti: ut iuſticię
famã: quam Chryſippus expreſſit: totus chriſtian⁹ populus in
te agnouiſſe pręſe ferre nõ dubitet: eam prędicet ⁊ admiretur.
A te ſubleuari inopes: miſeros adiuuari: miſereri pauperũ: per
te valere officium: valere virtutem: iacere gratiã: iacere iniqui
tatem: ⁊ ſymoniã cunctorum ſcelerum peſtem ⁊ labem ex dei ec/
cleſia fundit⁹ eradicari extirpariqꝫ. Dignitates ⁊ honores vir/
tutum ac litterarũ ſtudioſis ⁊ bene merentib⁹ tribui: ad quas
vrbes regioneſqꝫ fama non peruaſit. His igit̃ ⁊ alijs virtutib⁹
quibus prȩditus es ad ampliſſimũ faſtigium ⁊ culmen omniũ
dignitatũ viam merito tibi patefactã eſſe cui ignotum eſt? Sa
pientiſſime itaqꝫ iudicauit hic ampliſſimus Reuerendiſſimoꝝ
Cardinalium ordo: qui talem ac tantũ Cardinalem: tot virtu/
tibus ornatum: ſummũ pontificem ac totius chriſtiane rei pu/
blicę principem patrẽ ⁊ ducem creauit: ſũmo totius eorum ordi
nis conſenſu: ⁊ chriſtiani populi plauſu atqꝫ lęticia. Plurimas
alias tuas laudes Beatiſſime pontifex: plurima huius apoſto/
licę ſedis ornamenta: necnõ Britãnię ac ducis eximias laudes
hoc in loco cõmemorare poſſem: niſi ſcirem Sanctitatem tuam
aduerſa valitudine elaborantem iam diu tedio nõ eſſe afficien
dam. Quam ob rem quod reliquũ eſt officij mei munus proſe
quar. Gratulat̃ Sanctitati tuę Illuſtriſſimus dux: qui ut non
te fugit: apoſtolicę ſedi quantũ quiuis alter: ſemp obſeruantiſ/
ſimus fuit: ⁊ ab alijs crebro ſũmis pontificibus ſingulari proſe
cutus beniuolentia: maieſtati tuę omnia ſua: alacri: lęto: ſince/
roqꝫ animo defert obedientiã veram ⁊ integram: per eum ⁊ prę
deceſſores ſuos pręſtari ſolitam: ſũma cum veneratiõe exhibet

ac pollicetur· nullum onus quantũcũq; maximũ pro tua ampli
tudine tuenda recuſat ·Quęcũq; in fortunis eius ſunt: omnia
tibi expoſita ſunt: ꝛ tuam Sanctitatẽ ex corde ac toto procum/
bens pectore rogat: obteſtaturq;: quatenus ipſum ac patriã ſu/
am: imo tuam digneris perpetuo habere cõmendatiſſimam;

Dixi pater beatiſſime·

INC 1570

mcb 1291006